Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



100 107

usq; ad mortem mortē aut crucis ideo dñs iesus xps in gloria
est dei patris ps Domine exaudi orationem meā et clamor meus ad te
Presta quesumus omnipotens deus Lectam genua uenia at
ut qui nostris excessibus incessanter affligimur: piis gemitibus tui passionem lubrcemur Peinde
Hec dicit dñs deus Porate filie sion Ecce saluator tuus uenit: et merces eius cū eo Quis est iste qui uenit de edom
tinctis uestibus de bosra Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis suae
Ego qui loquor iustitiam: et pugnator sum ad saluandum Quare ergo rubrum est indumentum tuum: et uestimenta tua sicut calcantium in torculari Torcular calcauit solus et de gentibus non est uir mecum Calcauit eos in furore meo: et conculcauit eos in ira mea Et aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea: et super omnia indumenta mea inquinauit Dies enim ultionis in corde meo: annus retributionis meae uenit Circumspexi et non erat auxiliator: quaesiui et non erat qui adiuuaret Et saluauit mihi brachium meum: et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi Misericordiarum dni recordabor: laudem dni super omnia quae reddidit nobis dñs deus noster Gr Ne auertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor uelociter exaudi me V Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque usq; ad animam meam infixus sum in limo profundi et non est substantia Lect genu
Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire noluisti: ut inimica a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis ut resurrectionis gratiam consequamur Peinde
eius